



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

66. Vt Milites Templi Decimas habeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

digna misericorditer suscipiatur, si Magistro & fratribus bonum videtur. Si vero interim obierit, pro labore & fatigatione, quasi vni ex fratribus, totum beneficium & fraternitas pauperum & commilitonum Christi ei impendatur.

**UT VICTVS AEQUALITER**  
*omnibus distribuatur.*

65.

Illud quoque congrue & rationabiliter manutenendum censemus, ut omnibus fratribus remanentibus victus secundum loci facultatem æqualiter tribuatur. non enim est utilis personarum acceptio, sed infirmatum necessaria est consideratio.

**UT MILITES TEMPLI DECI-**  
*mas habeant.*

66.

Credimus namque relictis affluentibus diutijs vos spontaneæ paupertati esse subiectos, unde decimas vobis communi vita viuentibus iustè habere hoc modo demonstrauimus: Si Episcopus Ecclesiæ, cui decima iure debetur, vobis charitatiè eā dare voluerit, assésu cōmunis Capituli de illis decimis, quas tunc Ecclesia possidere videtur, vobis tribuere debet. Si autem laicus quilibet adhuc illam vel ex patrimonio suo damnabiliter amplectitur, & se ipsum in hoc valde redarguens, vobis eandem reliquerit, ad nutum

autum eius, qui præest tantum, sine consen-  
su Capituli id agere potest.

**67. DE LEVIBVS ET GRAVIBVS  
culpis.**

Si aliquis frater loquendo vel militando aut aliter aliquid leue deliquerit, ipse vltro delictum suum satisfaciendo Magistro ostendat. De leuibus si consuetudinem non habeant, leuem pœnitentiam habeat. Si verò eotacente per aliquem alium culpa cognita fuerit, maiori & evidentiori subiaceat disciplinae & emendationi. Si autem graue erit delictum, retrahatur à familiaritate fratrū, nec cum illis simul in eadem mensa edat, sed solus refectionem sumat, dispensationi & iudicio Magistri totum incumbat, ut saluus in iudicij die permaneat.

**68. QVA CVLPA FRATER A M-  
plius non recipiatur.**

Ante omnia prouidendum est, ne quis frater potens aut impotens, fortis aut debilis, volens se exaltare & paulatim superbire, ac culpam suam defendere, indisciplinatus maneat: sed si emendare noluerit, ei districter correptio accedat. quod si prijs admonitionibus, & fusis pro eo orationibus emendare noluerit, sed in superbia magis ac magis erexerit, tunc secundum Apostolum de pio eradicetur grege: *Auferte malum ex vobis:*  
*Necesse*